



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 126. Exempti an possint prima instantia ab eorum creditoribus
non exemptis conveniri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Capitulis veluti eorundem iudicibus subiacere, proinde conservatorem in iudicem recognoscere non posse.

Cui obici postposita quaestione qualitates jurisdictionis quam de iure collegia habent in collegas exemptos, responderetur, primum exemptiones has esse ab omni jurisdictione ordinaria & extraordinaria, solum esse exceptam, qua est a Sede Speculatores exemptos alicui delegata, cap. si Abbatem de elect. in 6. ubi DD. Nihilominus Boer. de potest. legati à latere nu. 28. spec. de legato §. sequitur num. 13. vers. sed nunquid. VVamef. conf. 63. de iudicis tom. 1.

Et licet capitula, seu iure, seu praescriptione, seu Pontificia commissione specialis jurisdictionem quampiam habent in collegas, de quolite VVamef. conf. 63. de iudicis tom. 1. attamen ea iudicatio non privative sed accumulative eis una cum conservatore competeret, cap. Pastoralis cap. irrefragabili ubi DD. de offic. ord. cap. 21. quia contingit de Ret. dom. Rom. conf. 393. Barth. l. i. ff. de officio pref. Orbis, ita ut utrumque praeventioni locus sit, quippe quod specialis iudicatio uni competens, alterius universalis jurisdictioni derogare non solet, glo. & Angel. l. i. C. ubi & apud quem VVamef. conf. 63. num. 6. tom. 1. de iudicis cap. ut de bitus de appel. cap. 3. de offic. ord. Fel. cap. irrefragabili in pr. vers. declarata praedicta eod. tit.

QUAESTIO CENTESIMA VIGESIMA SEXTA.

Exempti an possint in prima instantia ab eorum creditoribus non exemptis conveniri.

SUMMARIUM.

- 1. Conservatores sunt ordinarii exemptorum.
- 2. Hispani, Galli, Belgae exempti, in prima instantia coram ordinariis conveniuntur.

Conservatores sunt iudices veluti ordinarii exemptorum ad universitatem causarum eorundem deputati, adeo quidem, ut conservatoribus postpositis in prima instantia Romae vel aliunde extra eorum domicilium evocari non possent, privilegii Hispaniae, Galliae, Belgii ostendit Renatus Chopinus quem laudavi superius. par. 1. schol. 184. & par. 2. quaest. 27. & 103. quibus in locis quaestioni huic respondi, ut nolim quod actum est agere, confirmarique eadem quaestiones possent ex eis quae praesens Everardi à ratione casus conversiva adfert in locis legibus loco à ratione casus conversiva.

Y

QVE.